



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XIII. De Gloria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

rem, sed & ad usum ejus spectat, & in ejus custodia est tempore mortis mariti, illud ad Geradam spectat.

Ratio hujus potissimum consistit in consuetudine locorum. Exempla habet Carpz. P. 2. C. 14. def. 22. seqq. Conf. omnino Stryck. de success. ab intest. Diss. I. c. 5. §. 10. seqq. Struv. de successib. in append. p. m. 401. seqq.

CAP. XII.

Gerundia.

Axioma I.

Gerundia de sui natura inducunt formam, Bald. in l. falsus. col. 2. vers. & Not. hic C. de furt. Ludovic. Gomez. in Comm. ad rubr. Inst. de action. n. 8. & tum necessitatem important; id tamen non semper verum, nam aliquando etiam Gerundia non inducunt necessitatem, sed sæpè tantum designant possibilitatem, ut in l. 20. de Eviction. Gerundium excipiendum, sumitur, pro excipi potest, excipere licet. l. 66. §. 6. de leg. 2. petendus est, pro peti potest. C. A. de Legat. 1b. 28. n. 6.

II.

Gerundia etiam passivè usurpantur, (nam & sic dicta putantur) quasi duplicem significationem gerant, activam & passivam: veluti (1) Gerundia in DO, Damnum dando, in l. 24. de oblig. & act. Judicium suscipiendo. l. 23. de solut. Sic apud Quintilian. Memoria exercendo augetur. Et Virgil.

Utrique videndo

Femina.

(2.) Gerundia in DUM. Cic. Verba ad audiendum jucunda, (id est, auditu) Res difficilis ad judicandum lib. 9. Epist. ad Attic. 11. Sic Lucretius lib. 2. Res difficilis ad credendum. (3) In DI. Cicero Verrin. 2. Hæc frequentia convenit ludorum censendi quæ (id est, ut censetur) contraria. Add. Goclen. lib. 1. Gram. probl. 3. ubi dicit: In his passivam significationem rarissimam esse, & ideo notandam potius quàm imitandam.

III.

Gerundium pro participio in jure poni, non planè infrequens est. ut in l. 25. §. 2. de usur. & fruct. quoad percipiendos fructus, id est, perceptos. Sic, Rei judicandi tempus, pro judicata l. 5. §. 2. de liber. leg. l. 7. §. 15. quib. ex caus. in possess. eatur. De jurejurando, pro juramento præstito, v. Diss. Dn. Parent. Wesembec. de juram. q. 1.

IV.

Gerundia factum significant, non substantiam, ut ait glossa & omnes in rubr. 1. de action. vel jus l. vim facit. ff. de vi armata cum similib. ut per Aret. & Jas. in rubr. Instit. de action. & in rubr. C. de edend. Corn. conf. 224. in antepen. col. 4. Ludovic. Gomez. in comment. ad §. superest Instit. de action. n. 43.

CAP. XIII.

De Gloria.

Axioma I.

Gloria mundi quoad Deum est vanitas vanitatum & omnia vanitas. Eccles. cap. 1. in princ. Chassan. in Catalog. glor. mund. p. 1. confid. 59. Bertrand. conf. 24. n. 4. p. 1. Nolden. de stat. Nob. c. 7. n. 56.

II.

Promptius est cuius parare quàm servare gloriam, Joh. Gruter. in Not. Trochaic. p. 2. floril. Ethic. polit. ex Polyb. leg. §. 6. n. 25.

Nec minor est virtus quam quærere partem tueri.

Vid. Nolden. de stat. Nob. c. 14. n. 145.

De Glossa vid. inf. Opinio.

CAP. XIV.

De Gradibus.

Axioma I.

Quot sunt generationes inter personas, de quarum cognatione quæritur, tot quoque sunt gradus, quia quælibet generatio jure civili gradum constituit l. 7. ff. de grad. cognat.

Limita (1.) ut procedat in computatione juris civilis. (2.) ut intelligatur de tota primâ generatione patris, quæ in summo gradu est, cum filiorum unus non distet remotior à patre quàm alter.

II.

Quoto gradu in lineâ Collaterali persona remotior distat à communi stipite, toto gradu inter se distat secundum computationem canonicam, quia conjunctio sanguinis in stipite, tanquam in fonte cognationis quærenda, cum in stipite demum utraque persona concurrat. Quam rationem tamen improbat Stryck. in annot. ad Instit. de nupt.

CAP. XV.

Grammatica, Philologia.

vid. inf. Græca.

Studiosos Juris eos, qui nefas esse putant alios libros, quàm juris, attingere, ab aliis elegantioris sermonis amantibus tam facile internoscas, quàm hircosos & nitidos ab unguentatis & nitidis. Budæus annot. in Pandect. ad l. Sed adest. Locati. p. 668. Hinc bene Athalaricus Gothorum Rex ad Senatum urbis Romæ apud Cassiod. lib. 9. varior. c. 21. Prima Grammaticorum schola est fundamentum pulcherrimum &c. & prudenter Alber. Gentilis lect. Virgil. cap. 19. Grammatica non dedecet viros summos. Non ejus puduit summum Imperatorem Cæsarem; summum Medicum Galenum; summum Theologum Augustinum; summum Jurisconsultum Laëonem; summum doctum Varronem; qui etiam privatos tractatus isthic scripserunt. Commune autem hoc excellentissimorum virorum fatum fuit, ut Grammatici per contemptum vocarentur; quod & Erasmo, & Lipsio, & Drusio, & Scaligero accidit. Sixtinus Amama in præfat. librorum Drusii de sectis Judæorum. Vid. Cujac.